



0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22





10831





ysambert

B

E

et Jan



Vulla enim rem
dia que vulneris
libenter

Tu in orationem
quam que sunt
salutaria
saluatorum tuorum

D
O Domine
deum meum et
meum salvum

Dirige nos ad unum
nam m

O Deus quis
dia omnia omnia
porto.

Ms. A. 9. 2. p. 90 v.

W^m on board of ship & against me of his command he sayes
he will not goe & it was evident he had a mind to do so
proceeded from him with great & the greater in vain he
has remained.

~~Exhibit 2~~ ~~Decar~~ ~~soicart~~ H

Marc-Frimber Omnia mea sicut
securitatis. Lestibut etiam quod
dixi. Vixit enim deo.

Wanting to go
without some money Davies applied
to one of a number of persons for assistance
and was sent among them
by a friend to Dr. John

and my self I went into a room

Mansions et faire par vous. Tous apprirent ~~que~~^{que} les
vouliez inviter mes frères et que pour Ruy de
Gaudes ne se voulait ~~ai~~^{ai} pas y arriver
et auquel il estoit pris. Et Recours a vont
tenuent que ne se conduisent de cogne
ne rapport de Graueys furent envoies et
furent que ~~voulent~~ a transmises ~~pour~~ ~~les~~ ~~litteres~~
~~en~~^{au} ~~messager~~ a coulours le pris de Guise envoies

Monsieur et fe You pword contro or no paye f pone
frere fait vint don le Pinard et lamentez qu'il me fute
fond et devalable et mal faites vng effeze nongayes
pays a viret pect obstant ~~et~~ et en nre
futur

Monro you to obtain pass from Comptroller & get furnished
not of office until very urgent a Committee
is to be formed with respect some presentably

Margaret and I first dined at ~~my~~^{the} Drayton Grange Hotel and from there we went to a

W^o Prayer for Romeo & Juliet to be delivered
our mission is to gather our forces and
and make arrangements to be ready to
play to you
L^o Romeo & Juliet
you will be informed of the
right and wrong of the play
you will be informed of the
right and wrong of the play

Mon en party de bain - portant un peu
d'humidité et une grande partie

Munificence & magnificence to reflect the grandeur
of the surrounding country.

Monson's ~~un~~ ^{and} do ~~over~~ ^{over} size among my game birds
monkeys ~~now~~ ^{now} write and let me know you
are ~~whitethorn~~ ^{white-thorn} ~~down~~ ^{at} you ~~are~~ ⁱⁿ a cold

P.S.

je fust demandé soy estoys en mons et ordé
provoé de luy faire obligeacion de venir et soy son
aut pour les dispes du proce que pour autre
chose que ne demandez. Dant le mesme estime
aulement ~~assujette~~ débatale par armes
~~roy~~ il y a ~~est~~ temps et occupe
que le rooy est a la ville royale
font royale ne deserte ~~que~~ Pontus Monsieur
et fere il vont playn ne ander excepce endevant
il ne mande nulz boy admis et conseil lequel
le payne leant maist le vond poyant de Rodef nent
suplication que voud plaise mons que ~~que~~ do Grand
ausquellez leant maintenir le Roy Rendit vons à l'armes
que si mons Rende vng leant lester endroct le Roy
et voud de leant quitter sur vond offert 500 deniers
et lequel le Roy appuy ne recommande piso
et leant fait leant leant et de bon comte au rooy leant grant
et a celle de madame leant ma leant Payant le leant
mons Dant leant leant leant et leant leant leant

m

m

Monseigneur et oncle nement le pere que
de vostre grace il vous prie faire faire
ment maintenir sonne L'ordre de
la Rose au Roi sonne Imperatrice d'Espagne
et General Roi prieant en ce present que
les heraldes de la Rose se fassent faire
l'escu d'armes de la Rose grace et la
Maison d'Albret ma compagne prieant done
que docez et sante fassent
et l'autre chose que Paris voulra
et lequel chose fait le 25 decembre 13

P. H. S.

Diversorum authorum latinarum Collectio.

M. T. CICERO
nis Paradoxa ad M. Brutum.

Bm 10831/1
Cum annotationibus Fr. Syluij, Xysti Betuleij,
D. Erasmi Roterd. Incerti cuiusdam
authoris, B. Latomi, & Aud. Talæi,
margini adiunctis, ac suis
numeris designatis.



PARISIIS,

Ex Typographia Thomæ Richardi, sub Bibliis
aureis, è regione collegij Remensis.

1560.



• 1877 • 1878 • 1879 • 1880

M. Tul. Cice-

RONIS PARADOXA ad M. Brutum.

I N C. Sunt sententiae quae dicuntur de philosophia contra vulgi opinionem, ut si quis Curiū aut Fabriciū (pauperes, & qui diutias spreuerunt) dicat fuisse ditissimos.

B E T V L. Id est, dogmata sive admirabilia.

B E T. Exordium ab occasione & imitatione.

S Y L. Seruilia, Bruti mater, Catonis minoris soror fuit.

B E T. Captatio benevolentiae à persona. Fuit autem nō auunculus modò, verum etiam sacer.

S Y L. Id est, deliberaret.

T A L. Cato Uticensis nō solùm eloquens habitus est & disertus, sed valde doctus & eruditus.

S Y L. Id est, concionatorio.

S Y L. Id est, vi & copia orationis.

S Y L. Id est, obtainere.

S Y L. Id est, non solùm Senatui, sed etiam populo.

S Y L. Id est, verisimilia & credibilia.

S Y L. Id est, magis arduum & difficile.

B E T. Academica.

S Y L. Peripatetici & Academicorum corporis & fortunę bona esse dicuntur.

I N C. Dictione Stoicorum comparat cū vbertate Academicorum, ad quam non multum discrepant ab opinione augendam difficultatem.

B E T. In vulgus probari, est populari plausibileque esse.

E R A S. Nouē dictum In vulgus, pro Vulgo.

S Y L. Id est, in ea secta, Stoico-rum scilicet.

B E T. Hæreses vocabulum, alij se-ctam, alij factionem, alij disciplinam interpretantur.

B E T. Hic floridū dicendi genus.

S Y L. Id est, dicendi copia nō dilatat materiam, vt Peripatetici & Academicici faciunt.

S Y L. Soleat enim Stoici breuiter perstringere argumenta.

S Y L. Rebus breuissimis. Punctū enim, quod breue admodum est, dicitur à pungendo.

S Y L. Probat & concludit.

B E T. Amplificatio à laude eloquentie.



Nimaduerti, Brute, sape³ Catonem auunculū tuum, cūm in senatu⁴ sententiā diceret, locos graues ex philosophia tractare abhorreteres ab hoc usū fo-renti &⁶ publico: sed⁷ dicendo⁸ consequi tamen, ut illa⁹ etiam populo¹⁰ probabilitia viderentur.¹¹ Quod eò maius est illi, quam aut tibi, aut nobis: quia nos ea philosophia plus utimur, quæ peperit dicendi copiam, & in qua dicuntur ea quæ non multum discrepant ab opinione populari.¹⁴ Cato autē perfectus (mea sententia) Stoicus, & ea sentit, quæ non sanè¹⁵ probantur¹⁶ in vulgus: &¹⁷ in ea hæresi est, quæ nullum sequitur¹⁸ florem orationis,¹⁹ neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis,²⁰ quasi punctis, quod proposuit,²¹ efficit.²² Sed nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tāquam excolatur. Quod cūm ita putarem, feci etiam audacius, quam

M. T. CICERONIS

ille ipse de quo loquor. Cato enim dunt
taxat²⁴ de magnitudine animi, de con-
tinentia, de morte, de omni laude virtutis,
de diis immortalibus, de charitate pa-
triae Stoicè solet, nullis oratoriis ornamen-
tis adhibitis, dicere. Ego verò illa ipsa,
que vix²⁵ in gymnasis, & in otio Sto-
ci probant, ludens²⁶ conieci in commu-
nes locos.²⁷ Quæ quia sunt admirabilia,
contraque opinionem omnium, ab ipsis
etiam²⁸ Ὑέδοξα appellantur: tentare
volui, poséntne proferri in lucem, id est,
in forum, & ita dici,²⁹ ut probarentur:

an alia quædam esset³⁰ erudita, alia po-
pularis oratio. Eoque scripsi libentius,
quod mihi ista³¹ Ὑέδοξα, quæ appel-
lantur, maximè videntur esse Socrati-
ca, longeque verissima.³² Accipies igitur
hoc paruum opusculum, lucubratum his
iā³³ contractioribus noctibus: quoniā il-
lud maiorum vigiliarum munus³⁴ in tuo
nomine apparuit. & degustabis gen' hoc
exercitationū mearū, quibus uti consue-
ui, cùm ea quæ dicūtur in scholis³⁵ θετικᾱ,
ad nostrum hoc oratoriū transfero dicen-
di genus. Hoc tamen opus³⁶ in apertum
ut referas, nihil postulo. Non enim est
³⁷ tale, ut³⁸ in arce poni possit, quasi illa
Minerua³⁹ Phidiae: tale tamen est, ut
⁴⁰ ex eadem officina exisse videatur.

²⁴ SYL. De magnanimitate.

²⁵ SYL. In scholis & disputatio-
nibus.

²⁶ ERAS. Conieci, pro collegi, po-
situm, sed tumultuarie.

²⁷ TAL. Prosequitur consilium in-
stitutæ scriptorij, tum à definitio-
ne, tum ab adiunctis paradoxorū.

²⁸ TAL. Inopinata, admirabilia.

²⁹ SYL. Ut crederentur.

³⁰ INC. Erudita oratio est philo-
sophica, quæ de rebus est grauibus,
ac sèpè numero populo non pro-
babilibus.

³¹ BETVL. Admirabile vocant, qd̄
est præter opinionem hominū con-
stitutum.

³² BETVL. Epilogus continet di-
cationis occasiones.

³³ SYL. Id est, minoribus. Inde co-
tractio frōtis & animi à Cicerone
sæpe dicitur.

BETVL. A Estiuis, scilicet.

LAT. Tusculanas quæstiones in-
telligit.

³⁴ ERAS. In apertum prodiit.

³⁵ LAT. Id est proposita, vnde & q̄
quæstio infinita apud rhetores.

INC. Multi existimabant theses ad
oratore non pertinere, sed esse phi-
losophorum.

³⁶ SYL. Ut edas & publices.

³⁷ SYL. Ita perfectum.

³⁸ SYL. In publico, in loco eminē-
tiore.

³⁹ SYL. Phidias statuarius diis, q̄ ho-
minibus efficiendis melior artifex
traditur.

⁴⁰ SYL. Ex qua exiit illud maiord̄
vigiliarum munus.

1 SYL. Hoc paradoxum Stoicorum est.

Οπι μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλόν. **Quod**
solum bonum honestum.

PARAD. I.

2 INC. Occupatio ironica.

3 SYL. Nō ex animi mei sententia.

4 SYL. Aliás, disputata.

5 TAL. Peripatetici tripartitam rationē bonorum instituit fortunæ, corporis, & animi.

6 SYL. Nō nomine pecuniarum, diuitiæ intelliguntur, quæ sunt in peco-
ribus, prædiis, alisque rebus eius-
dem generis.

7 SYL. Id est, magistratus.

8 SYL. Id est, quas sequuntur, tan-
quam si iis alligati essent.

9 TAL. Diuitiæ multis argumentis
confutantur, & eximuntur de ge-
nere bonorum.

10 SYL. Aliás, Quibus rebus cir-
cunfluentibus, id est, affluentibus
vndique.

11 SYL. Diuitiarum, imperiorum,
voluptatum cupiditas.

12 INC. Argumentū ab adiunctis.

13 SYL. Id est, cupiditate.

14 TAL. Horat. lib. i. saty. i. metū
diuitiis avari describit. Sic Iuue-
nal. saty. 14.

15 INC. Reprehendit appellationē
Romanam.

16 SYL. Id est, opes, imperia, volu-
ptates contemnitum.

17 SYL. Incerta & fortuita, quæ in
manu fortunæ sunt, & facile ut for-
tuna ipsa mutari possunt.

18 SYL. Vide suprà numerum 6.

19 BET. Formas numismatum, vel
potius rerum corporalium posses-
siones.

20 BET. Bonorum nomen pro fa-
cilitatibus ita visitatum est, vt in iu-
re ciuiili vix quicquam inuenias tri-
tius.

21 BET. A contrariis.

22 LAT. Probat ex repugnantibus.



Ereor, ne cui vestrum ex
Stoicorum hominum dispu-
tationibus,³ non ex meo sen-
su⁴ deprompta hæc videa-
tur oratio. Dicam tamen quod sentio, &
dicam breuius, quām res tanta dici pos-
sit.⁵ Nunquam mehercule ego neq;⁶ pe-
cunias istorum, neque tecta magnifica,
neque opes, neque⁷ imperia, neque eas
⁸ quibus maximè adstricti sunt, volupta-
tes, in bonis rebus esse numerandas duxi.
Quippe cùm viderem homines¹⁰ his re-
bus circunfluentes, ea tamen desiderare
maximè, quibus abundarent. Neque
enim unquam expletur nec satiatur¹¹ cu-
nal. saty. 14.
Reprehendit appellationē
piditatis sitis:¹² neque ea solum quæ ha-
bent,¹³ libidine augendi cruciantur,¹⁴ sed
etiam amittendi metu.¹⁵ In quo equidem
continentissimorum hominum maio-
rum nostrorum sæpe requiro prudentiam,
qui hæc imbecilla, &¹⁷ commutabilia
¹⁸ pecuniæ membra, solo verbo¹⁹ bona pu-
tauerunt appellanda, cùm re ac factis lo-
gè aliter iudicassent.²⁰ potest enim bonū
cuiquam malo esse? aut potest quisquam

M. T. CICERONIS

²¹ in abundantia bonorum ipse esse nō bo-
nus? Atqui ²² ista omnia talia videmus,
ut ²³ & improbi habeant, & obsint pro-
bis. ²⁴ Quamobrem, licet irrideat quis
velit, plus apud me vera ratio valebit,
quām vulgi opinio: neque ego unquam
illum bona perdidisse dicam, si quis pecus
aut supellectilem amiserit: ²⁵ necnon sāpe
laudabo sapientem illum Biantem, (ut
opinor) qui numeratur inter septem sa-
pientes: cuius cūm patriam Prienam ce-
pisset hostis, ceterique ita fugerent, ut
multa de suis rebus secum ²⁶ asportarent,
cū effet admonitus à quodā, ut idem ipse
faceret: Ego verò, inquit, facio: nam ²⁷ o-
mnia mea mēcū porto. ²⁸ Ille hæc ludibria
fortunæ ne sua quidem putauit, quæ nos
appellamus etiam bona. ²⁹ Quid est igi-
tur, quæret aliquis, bonum? Siquid re-
ctè sit & honestè, & cum virtute, id be-
ne fieri verè dicitur: & quod rectum &
honestum, & cum virtute est, id solum
opinor bonum. ³⁰ Sed hæc videri possunt
obsciora, cūm ³¹ sine appositione exem-
plorum ³² lentius disputantur: vita atque
factis illustranda sunt summorum viro-
rum hæc, quæ ³³ verbis ³⁴ subtilius, quām
satis est, disputari videtur. Quæro enim
à vobis, num ullam cogitationē habuissē

²¹ B E T. A coniugatis per tradu-
ctionem.

²² B E T. Cum contemptu.

²³ S Y L. Id est, non solum boni, sed
etiam improbi pecunias & impe-
ria habeant.

²⁴ T A L. Cōplexio illustratur per
species quādam diuitiarum.

L A T. Conclusio per occupationē.

²⁵ B E T. & T A L. Probat exemplo
Biantis, opes in bonis habendas nō
esse.

I N C. Addit comparationem ab a-
pophtegmate petitam.

²⁶ S Y L. Ne sibi perirent, deporta-
rent.

²⁷ S Y L. Pectore quidē, ut ait Va-
lerius, illa gestabat, non humeris,
non oculis visenda, sed æstimanda
animo.

²⁸ S Y L. & T A L. Quibus fortuna
solet ludere eos qui habeant, quum
eripit.

²⁹ B E T. & T A L. Expositio boni, à
coniugatis.

³⁰ T A L. Cic. transit à spinosis & ar-
gutis rationibus Stoicorum ad ma-
gis popularē & oratorium dicendi
genus.

³¹ S Y L. Quum exempla non appo-
nuntur ad probandum.

³² S Y L. Id est, crassius, & minus,
ut ita dicam, efficaciter, quod mi-
nus persuadeant.

³³ B E T. More Stoicorum.

³⁴ S Y L. Id est, nimium subtiliter.

³⁵ B E T. Legibus atque institutis. videantur ij qui hāc Rempub. tā³⁵ præclarè fundatam nobis reliquerūt, aut aurari atque argenti ad auaritiam, aut amœnitatum ad delectationem, aut³⁶ supellectilis ad delicias, aut epularum ad vo-

³⁶ I N C. Supellex, instrumentum est patris familias.

³⁷ I N C. Adiicit exemplis indu-luptates?³⁷ Ponite ante oculos unūquen-que regum. Vultis incipiam à Romulo? vultis post liberam ciuitatem, ab iis ipsis

³⁸ T A L. Romulus post excessum suum Proculo Iulio dixit se deum esse, & Quirinum vocari : tēplūm que sibi dedicari iussit.

qui liberauerunt eam?³⁸ quibus tandem Romulus gradibus ascendit in cælum?

iūsne quæ isti bona appellant: an rebus gestis atque virtutibus? Quid autem

³⁹ S Y L. Qui religionē Romæ in-stituisse dicitur.

⁴⁰ B E T. Frugalitas Numæ Pompilij. immortalibus⁴⁰ capedines ac fictiles vr-

⁴⁰ S Y L. Capedo, fictile vas erat, quo in sacrificiis vtebantur.

⁴¹ T A L. & S Y L. Hic locus variè legitur, vel delicatas pateras, id est pretiosas, & quasi luxui dicatas: vel filicatas, ad filicis herbæ specie cæ-latas: vel Deliacas, ex ære Deliaco factas.

⁴² T A L. Tullius fortis bellator fuit, & Albanos domuit.

⁴³ S Y L. Id est, quid spectarit. egerit in patria liberāda: si quis reliquos item eiusdem consilij socios, quid specta-rint, quid secuti sint: num quis existat, cui voluptas, cui diuinitæ, cui deniq; pre-ter officium fortis & magni viri, quic-quam aliud propositum fuisse videatur?

⁴⁴ I N C. Mēbratim agit, vt acrius pungat.

⁴⁵ T A L. Porsena, rex Hetruscorū. tium impulit sine villa spe salutis suæ?

⁴⁶ I A T. Enumeratio vehemens & copiosa.

⁴⁷ S Y L. Sublicio. Quæ vis Horatium Coclitem contra omnes hostium copias tenuit⁴⁷ in pote so-lum? Quæ patrem Decium, quæ filium

M. T. CICERONIS

deuouit, ac immisit in armatas hostium

copias? Quid⁴⁸ continentia C. Fabritij,^{48 SYL.} Cötinentia, quaritię contraria: Continens, qui rebus suis cōtentus, aliena non cupiat.

quid tenuitas vicitus M. Curijs⁵⁰ se-

quebatur? Quid⁵¹ duo propugnacula bel-

li Punici Cn.^{et} P. Scipiones, qui Car-

thaginensium aduentum corporibus suis

intercludendū putauerūt? Quid⁵² Aphri-

canus maior? quid minor? quid inter ho-

rum etates interiectus Cato? quid innu-

merabiles alij? (nam domesticis exemplis

abundamus) an putamus quenquam ho-

rum cogitasse quicquam in vita sibi ex-

petendum, nisi quod laudabile esse et

præclarum videretur?⁵³ Veniant igitur

irrificores huius orationis ac sententiae, et

iam⁵⁴ vel ipsi iudicent, utrum se horum

alicuius, qui marmoreis tectis ebore et

auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis,

qui cælato auro et argento, qui⁵⁵ Corin-

thiis operibus abundant: an C. Fabritij,

qui nihil eorum habuit, nihil habere vo-

luit, similes esse malint?⁵⁶ Atque hæc

quidem, quæ modò huc, modò illuc trans-

feruntur,⁵⁷ facile adduci solent, ut in re-

bus bonis esse negent: illud tamen arcte

tenent, accuratèque defendunt, Volu-

ptatem esse summum bonum. Quæ qui-

dem mihi vox pecudum videtur esse, no

hominū. Tu cū tibi siue deus, siue⁵⁸ mater

48 SYL. Cötinentia, quaritię contraria: Continens, qui rebus suis cōtentus, aliena non cupiat.

49 T A L. M. Curius Dentatus, cùm ipse in foco rapa torreret, Malo, inquit, haec in fictilibus meis esse, & aurum habentibus imperare.

50 SYL. Sibi proponebat & spērabat.

51 SYL. Duo fulmina belli.

52 B E T. Scipiones Africanos nemo ignorat.

53 L A T. Conclusio acris per irri-fores.

54 SYL. Id est, ipsimet sint iudi-ces.

55 SYL. Ut vasis, sed præcipue si-gnis, quibus plerique ita capiuntur, vt secum circunferant.

I N C. AEs Corinthium, omnium erat pretiosissimum.

56 T A L. Hactenus Cice. disputauit aduersus opes & commoda for-tunæ.

57 SYL. Sub. nonnulli, id est, sunt nonnulli qui facilè credunt, hæc bo-na non esse.

58 B E T. Quam tamen ceu nouercā multi insimulant.

PARADOXA.

59 SYL. Id est, abiectum facies.

60 BETVL. Ab effectu.

* aliquam quadrupedem* aliquid putes interesse?

⁶⁰ Quicquāmne bonū est, quod non eum qui possidet, meliorem faciat? Ut enim quisque est maximē boni particeps, ita et laudabilis maximē. Neq; est ullum bonum, de quo non is qui id habeat, pos-

61 LAT. Assumptio argumentationis.

fit honestē gloriari.⁶¹ Quid autē est horū in voluptate? meliorēmne efficit aut laudabiliōrē virum? an quisquā in potiundis voluptatibus gloria sese et prædicatione effert?⁶²

62 BETVL. Complexio.

LAT. Conclusio.

INC. Paradoxum demum conclu-

dit.

63 SYL. Epicureorum.

rimorum patrocinii defenditur, in rebus bonis habēda non est, eāq; quō est maior, eō magis mentē ex sua fede et statu dimouet: profectō nihil est aliud bene et beatē viuere, nisi honestē et rectē viuere.

Οὐ πατέρων, οὐ αρετὴ τρόπος εὐδαιμονία.

Quod scipsa contēta virtus ad beatē vinendū. PARAD. II.

INC. Aetiologya est ab enumera-

NEC verò ego M. Regulū aerumnosum, nec infelicem, nec miserum unquam putavi. Non enim magnitudo animi eius cruciabatur à Pœnis, non

M. T. CICERONIS

grauitas, non fides, non constantia, nō ul-
la virtus, non denique animus ipse, qui

² tot virtutum præsidio munitus, tantoq;² Ex more Stoicorum loqui-
tur.

comitatu circunseptus, cùm corpus eius

³ carperetur, carpi certè⁴ ipse non potuit. ³ SYL. Cruciatetur & laceraretur.

C. verò Marium vidimus, qui mihi se-

cundis in rebus unus ex fortunatis homi-

nibus, in aduersis unus ex summis viris

videbatur: quo beatius esse mortali ni-

hil potest.⁵ Nescis insane, nescis, quantas

vires virtus habeat. Nomē tantū vir- ⁵ Crescit orationis impetus.
⁶ E.T. Hac apostrophe inuchitur in
Antonium.

tutis usurpas: quid ipsa valeat, ignoras.

Nemo potest nō beatissimus esse, qui est

totus⁶ aptus⁷ ex sese, quiq; in se uno sua ⁶ SYL. Id est, colligatus & prudēs.

ponit omnia.⁸ Cui autem spes omnis, e⁹ ⁷ SYL. Ex animo suo.
⁸ INC. Duplex collatio.

ratio, & cogitatio pēdet ex fortuna, huic

nihil potest esse certi; nihilque quod ex-

ploratum habeat permansurum sibi ne

unum quidem diem.⁹ Eum tu hominem

⁹ T A L. Occupat ea quæ cōtra vir-
tutem dicuntur.

terreto, si quem eris nactus¹⁰ istiusmodi ¹⁰ SYL. Quibus tu me terrere co-

moris, aut exiliū minis.¹¹ Mibi verò

¹¹ L A T. De actis suorum temporū
quicquid acciderit¹² in tam ingrata ci-

uitate, ne recusanti quidem euenerit, nō

¹² S Y L. Siue mors, siue exilium.

modò non repugnanti. quid enim ego la- ¹³ B E T. Priuatam, publicāmq; in-

boraui, aut quid egi, aut in quo euigila-

uerunt curæ e¹⁴ cogitationes meæ, si qui-

dem nihil peperi tale, nihil consecutus

sum, ut in eo statu essem, quē neque for-

tuna temeritas, neque inimicorum labe-

gratitudinem Cicero sensit.

PARADOXA.

6

14 B E T. Distributio per antapo-
doto satis acerba.

15 S Y L. Ingratis ciuibus.

16 I N C. Pro sapientia est duarum
sententiarum ad duo proposita.

17 I N C. Allusio ad sententiam A-

cademicam & Stoicam.

18 S Y L. Definitus.

19 T A L. Ouid. Omne solum for-

ti patria est, ut pescibus aequor,

Vt volucris vacuo quicquid in or-

be patet.

20 T A L. Confirmat deinceps the-

sim ab aduersis.

21 I N C. Enumeratio perturbatio-

num.

22 S Y L. Ne iudiciis & suppicio

afficiare.

23 B E T. Agnominatio.

24 T A L. & S Y L. Concludit sen-

tentiam ex aduersis.

B E T. Epilogus.

factaret iniuria?¹⁴ Mortemne mihi mi-
nitaris, ut omnino ab hominibus: an exi-
liū, ut¹⁵ ab improbis demigrādū sit? mors
terribilis est iis, quorum¹⁶ cum vita om-
nia extinguitur: non iis quorū laus emo-

ri non potest.¹⁷ exilium autem terrible il-
lis, quibus quasi¹⁸ circumscrip̄tus est habi-

21 rādi locus,¹⁹ non iis qui omnem orbē ter-
rārum unam urbē esse ducunt.²⁰ Te mi-

seria, te ærūmæ premunt omnes, qui te

beatum, qui te florentem putas: tuæ libi-

dines te torquent: tu dies noctesque cru-

cias, cui nec satis est, quod est: & id i-

psum quod habes, ne non diuturnum sit

futurum, times:²¹ te conscientiae stimulat

maleficiorum tuorum: te²² metus exani-

mant iudiciorum atque legū. quo cunque

as̄pexisti, ut furiae, sic tuæ tibi occurruunt

²³ iniuriæ, quæ te respirare non sinunt.

24 Quamobrem ut improbo & stulto &

inerti nemini bene esse potest: sic bonus

vir, & fortis, & sapiens, miser esse nemo

potest. Nec verò cuius virtus moralesque

laudandi sunt, eius non laudanda vita

est: neque porrò fugienda vita, quæ lau-

danda est. effet autem fugienda, si effet

miseria. Quāobrem quicquid est lauda-

bile, idem & beatum, & florens, & ex-

petendum videri debet.

M. T. CICERO NIS

Onīōn mā āmētūmāta, ȳ nētūlērūmāta.

Quod aequalia sunt peccata.

PARAD. III.



¹ Arua, inquis, res est: ^{1 I N C.} Occupatione ausplicatur
at magna culpa. Nec

enim peccata ² rerum ^{2 S Y L.} Id est, eo, in quo peccatur.

euentu, sed vitiis ho-

minū ³ metienda sunt. ^{3 S Y L.} AEstimanda.

In quo peccatur, id potest aliud alio ma-

ius esse, aut minus: ipsum quidem illud

peccare, ⁴ quoquò te verteris, unum est.

⁴ S Y L. Quodcumque peccatum
commiseris.

⁵ Auri nauem euertat gubernator, an pa-

leæ, in re aliquātum, in gubernatoris in-

scitia nihil interest. Lapsa est libido in

muliere ignota: dolor ad pauciores perti-

net, quām si etiam petulans fuissest in a-

liqua generosa ac nobili virgine: pecca-

uit verò nihilo minus: ⁶ siquidem est pec-

care, tanquam transire lineas: quod cùm ^{6 I N C.} Argumentum à definitio-

feceris, culpa commissa est: quām longè

progrediare, cùm semel transieris, ad au-

gendam transeundi culpam nihil perti-

net. Peccare certè licet nemini. ⁷ Quod ^{7 I N C.} Vtitur sorite Stoicorum.

autem non licet, id hoc uno tenetur, si ar-

guitur non licere. Id nec maius, nec mi-

nus unquam fieri potest: quoniam in eo

est peccatum, si non licuit. Quod semper

unum & idem est: quæ ex eo peccata

^{ne} metaphorica.

⁷ A T. Similitudine declarat rem.

PARADOXA.

7

8 I N C. Prolixa argumentatio propter accumulationem.

9 S Y L. Argumētū ex consequentiis.

10 I N C. Assumptio per epagogen, à formis virtutum ducta.

nascantur, aequalia sint oportet. ⁸ **Q**uod si virtutes pares sunt inter se, paria esse virtutes, nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forti fortiorrem, nec sapiente sapientiorem posse fieri, facile potest perspici. ¹⁰ *An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, cù* ¹¹ *lucrari impunè posset, auri podo decem reddiderit, si idem in decem millibus non idem fecerit?* Aut temperantem eum qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? *Vna virtus est, consentiens cum ratione & perpetua* ¹² *constantia.* ¹⁴ *Nihil huic addi potest, quo magis virtus sit: nihil demi, ut virtutis nomen relinquatur.* Etenim si bene facta, recte facta sunt, & nihil recto rectius: certè nec bono quidē melius quam inueniri potest. Sequitur igitur, ut etiam virtua sint paria: siquidem pruitates animi recte virtua dicuntur. ¹⁵ Atqui quoniam pares virtutes sunt: recte etiam facta, quando à virtutibus profiscuntur, paria esse debent. Itēque peccata, quoniam ex vitiis manant, sint aequalia necesse est. ¹⁶ *A philosophis, inquis, ista sumis.* Metuebam ne à lenonibus diceres. Socrates disputabat isto mo-

11 S Y L. Argumētū ab analogia.

12 I N C. Comprobatio ab exemplis.

13 S Y L. Fidei suæ commissum.

14 S Y L. Negando se accepisse.

15 S Y L. Perseuerantia.

16 L A T. Epiphonema claudens probationis sententiam.

17 I N C. Colligit aliam conclusio-

nem ab efficientibus.

18 B E T. Eludit hanc obiectionem ioculariter per instantiam.

b ij

M. T. CICERONIS

do. Bene Hercule narras: nam istum do-
ctum & sapientem virum fuisse memo-
riæ traditum est. Sed tamen quæro ex te,
(quando verbis inter nos contendimus,
non pugnis) virū potius de bonis est que-
rendum, quid¹⁷ baiuli atque operarij, an¹⁷ SYL. A Baiis baiuli dicti sunt.
quid homines doctissimi senserint: præ-
sertim cum hac sententia non modo ve-
rior, sed ne utilior quidem hominum vi-
ta reperiri vlla possit.¹⁸ Quæ vis enim,¹⁸ INC. Vtilitatem dogmatis pro-
bat à consecutione commodi.
quæ magis arceat homines ab improbita-
te omni, quam si sacerdotes nullū in delictis
esse discrimen? & quæ peccare se, si pri-
uatis, ac si magistratibus¹⁹ manus infe-¹⁹ SYL. Aliás, manum inferant,
rāt? quamcunque in domum stuprum in-
tulerint, eandem esse labem libidinis?
²⁰ Nihilne igitur interest (nam hoc dicet²⁰ B E T. Obiectio ab absurdo.
aliquis) patrem quis necet, an seruum?
²¹ Nuda ista si ponas, iudicari qualia²¹ SYL. Simplicia.
sint, non facile possunt. Patrem vita pri-^{B E T. Remota à circumstantiis.}
uare, si per se scelus est:²² Saguntini qui pa-²² INC. Populi Hispaniæ.
rentes suos²³ liberos emori, quam seruos²³ SYL. Non captiuos.
vivere maluerūt, parricidae fuerunt. Er-
go &²⁴ parenti nonnunquam adimi vi-²⁴ SYL. Ut Saguntini fecerunt.
ta sine scelere potest, & seruo sæpe sine
iniuria non potest. Causa igitur hæc²⁵ nō²⁵ SYL. Patrem & seruum necare.
natura distinguit.²⁶ quæ quando alteri²⁶ INC. Est propter causam fidei,
accessit, id sit propensius: si utrique adiñ-^{grauius crimen.}
cta sit, paria fiant necesse est.²⁷ Illud ta-²⁷ TAL. Secunda πρόληψις Stoicos
vehementius urget.

PARADOXA.

8

*men interest, quod in seruo necando si ad-
sit iniuria, semel peccatur: in patris vita
violanda, multa peccantur. violatur is
qui aluit, is qui eruditus, is qui in sede ac
domo atque in Republica collocauit. mul-
titudine peccatorum²⁸ praestat, eoque pœ-*

²⁸ SY L. Præponderat.

²⁹ INC. Aliter Stoici, aliter leges
de peccatis statuant.

³⁰ LAT. Exemplum à minori.

INC. Hypophora.

³¹ BET. Appositissima similitudo.

INC. Exemplum à minori.

³² SY L. Aliás, Si paulatim sese mo-
uerit.

³³ INC. Decentem gestum.

³⁴ SY L. Aliás, omni visu.

³⁵ SY L. A minore ad maius often-
dit improbitates animi arcendas
esse.

³⁶ SY L. In rebus vanis & in fabu-
lis.

³⁷ TAL. Peccata digitis dimetiri,
est perpendere & quasi numerare
quæ grauiora & quæ leuiora sunt.

³⁸ INC. Metaphora à mensoribus.

³⁹ INC. Cöcludit paradoxū duo-
bus vitiis, quæ contraria sunt tem-
perantiae.

*na maiore dignus est.²⁹ Sed nos in vita
non quæ cuique peccato pœna sit, sed quan-
tum cuique liceat, spectare debemus. Quic-
quid non oportet, scelus esse: quicquid no-
licet, nefas putare debemus. Etiam in mi-
nimis rebus? Etiam.³⁰ si quidem rerum
modum fingere non possumus, animorum
tenere possumus.³¹ Histrion³² si paulo se-
mouit extra³³ numerum, aut si versus pro-
nunciatus est syllaba una breuior, aut lon-
gior, exibilatur & exploditur: in vita,
quæ omni gestu moderatior,³⁴ omni ver-
su aptior esse debet, ut in syllabate pec-
care dices?³⁵ Poëtam non audio³⁶ in nu-
gis: in vita societate audiam ciuem³⁷ di-
gitis peccata dimetientem sua?³⁸ Si visa
sint breuiora, leuiora quæ possint videri?
cùm quicquid peccatur, perturbatione
peccetur rationis atque ordinis: pertur-
bata autem ratione semel & ordine, nihil
possit addi, quo magis peccari posse vi-
deatur.*

M.T. CICERONIS

Οπινᾶς ἀφρων μάγνεται.¹ Omnes
stultos insanire.

I N C. Beatitudo est in animi trā-
quillitate.

PARAD. IIII.



² Go verò te non stul-
tum, ut s̄epe: non im-
probū, ut semper: sed
dementem & insanū

2 L A T. Ex abrupto incipit.

³ rebus addicam neceſ-

3 I N C. Aliàs, rebus ad viçtum ne-
cessariis.

sariis. Sapientis animus magnitudine
consiliij,⁴ tolerantia⁵ rerum humanarum,
contemptione fortunæ, virtutibus deni-
que omnibus, ut mœnibus septus, vince-
tur & expugnabitur, qui nec ciuitate
quidem pelli potest.⁶ Quæ est enim ciui-
tas? omnisne conuentus etiam ferorū &
immanium? omnisne etiam fugitiuorum
ac latronum congregata unum in locum
multitudo? certè negabis. Num igitur e-
rat illa tñ ciuitas, cùm⁷ leges in ea⁸ nihil
valebant, cùm iudicia iacebat, cùm mos
patrius occiderat,⁹ cùm ferro pulsis ma-
gistratibus, Senatus nomen in Republi-
ca non erat? Prædonum ille¹⁰ concursus,
& te duce¹¹ latrocinium in foro constitu-
tum, &¹² reliquæ coniurationis¹³ à Ca-
tilinæ furiis ad tuum scelus furorémque
conuersa, num ciuitas erat? Itaque¹⁴ pul-
sus ego ciuitate non sum, quatum nulla

4 S Y L. Patientia.

5 S Y L. Quæ aduersæ hominibus es-
ueniunt.

6 T A L. Princeps argumentum su-
mitur à repugnantibus.

I N C. & B E T V L. Argumentatio ex
definitione ciuitatis.

7 T A L. P. Clodius & leges perni-
ciosissimas tulit, & leges Heliam
Fusiamque Reipub. salutares susti-
lit.

8 S Y L. Aliàs, vacabant.

9 I N C. Vehemens conclusio à fa-
ctis Clodij.

10 S Y L. Cōuentus celeriter factus.

11 S Y L. Id est, latrones.

12 T A L. Cicero satellites Clodij
aliàs vocat gregales Catilinæ.

13 S Y L. Qui patriam incendere co-
iurauerat.

14 I N C. Argumentum ductum ab
his rebus quæ ciuitatem efficiunt.

PARADOXA.

9

¹⁵ SYL. Quum reuocatus sum.
¹⁶ BET. Consul dicit in singulari
 per enallagm numeri.
¹⁷ SYL. Eius nomen in Repub. no
 erat.

erat: ¹⁸ accersitus in ciuitatem sum, ¹⁹ cum
 esset in Republica Cōsul, ²⁰ qui tum nul
 lus fuerat: esset Senatus, qui tum occide
 rat: esset consensus populi liberi, cum es
 set iuris & aequitatis (quaē vincula sunt
 ciuitatis) ²¹ repetita memoria. ²² At vide
 quād ista tui latrocinij tela contēperim.

²³ Iactam & immissam à te nefariam in
 me iniuriam semper duxi, peruenisse ta
 men ad me nunquam putauit: ²⁴ nisi fortè
 cum parietes disturbabas, aut cum rectis
 sceleratas faces inferebas, tunc meorum
 aliquid ruere aut deflagrare arbitra
 re. ²⁵ Nihil neque meum est, neque cuius
 quam, quod auferri, quod eripi, quod a
 mitti potest. ²⁶ Si mihi eripuisses diuinam
 animi mei ²⁷ constantiam, ²⁸ meas curas,
 vigilias, consilia, quibus Respublica in
 uicta stat: si huius eterni beneficij immor
 talem memoriam deleuisses: multò etiam

²² BET. Hoc Stoicum est.

²³ INC. Argumētatio hypotheti
 ca ab antecedentibus.

²⁴ SYL. Virtutem.

²⁵ SYL. Meum studium.

²⁶ BET. Quam se accepisse à diis
 immortalibus dicit Catil.;

²⁷ SYL. Antithesis est.

²⁸ INC. Utitur complexione, &
 disputationem cōuertit in Clodij
 personam.

LAT. Conclusio.

²⁹ SYL. Etiam quum aberam.

³⁰ TAL. Probat Clodiū Romę esse
 exulē, argumēto à repugnantibus.

magis si illam ²⁶ mentem, unde hæc consi
 lia manarunt, mihi eripuisses: tum ego
 accepisse me confiterer iniuriam. Sed si
 hæc nec fecisti, nec facere potuisti: ²⁷ re
 ditum mihi gloriosum tua iniuria dedit,
 nō exitū calamitosum. ²⁸ Ergo ego ²⁹ sem
 per ciuis eram, & tum maximè, cum
 meam salutem Senatus exteris nationi
 bus ut ciuis optimi commendabat. ³⁰ Tu

M. T. CICERONIS

ne nunc quidem es ciuis,³¹ nisi forte idem
hostis e*g* ciuis esse potest.³² An tu ciuem³² L A T. Occupatio ironica.
ab hoste natura ac loco, non animo fa-
ctisque distinguis? Cædem in foro feci-
sti: armatis latronibus³³ templa tenuisti:³³ B E T. & S Y L. Castoris & Pol-
lucis.
³⁴ priuatorū domos,³⁵ adēsque sacras in-
cendisti.³⁵ B E T. Téplum nimirum Nym-
pharum.
³⁶ I N C. & T A L. Argumentatur ab
hostis definitione, per comparatio-
nem à pari.
S Y L. A simili probat P. Clodium
hostem esse, non ciuem.
³⁷ S Y L. Quo nomine appellan-
dus es.

³⁸ T A L. & I N C. Vrget Clodiū ab
exilijs causa.

³⁹ S Y L. Vrbem non reliquerunt.

⁴⁰ I N C. Lex Cornelia quoq; pu-
nit incendiarios.

⁴¹ S Y L. Alias, deflagravit.

⁴² S Y L. In templo Castoris.

⁴³ T A L. Transit à communibus le-
gibus ad testimoniū priuilegijs, id
est, priuata legis.

⁴⁴ B E T. Generales.

PARADOXA.

10

*bus omnibus es exul? Familiarissimus
tuus de te prouilegium tulit, ut si in oper-
tum Bonae deae accessisses, exulares. Ac
te id fecisse etiam gloriari soles. Quomo-
do igitur tot legibus ei etus in exiliu, no-
men exulis non perhorrescis?* ⁴⁵ Romæ
sum, inquis. *& tu quidem in operto fui-
sti.* ⁴⁶ Non igitur ubi quisque erit, eius
loci ius tenebit, si ibi eū legibus esse sub-
iectum non oportebit.

⁴⁵ T A L. πρόληψις est à repugnan-
tibus.

⁴⁶ L A T. Conclusio cum occupa-
tione, quæ reprehenditur à pari.

Οπι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πᾶς ἄφρων
ἀγάλος. Omnes sapientes liberos
esse, & stultos omnes seruos.

P A R A D. V.

I S Y L. In M. Antonium hoc dictū
videri potest.

B E T. Hoc paradoxum prima fron-
te magis theticum, quam hypothec-
ticum esse appetet.

I N C. Principio vtitur ironico, &
quæstione definita.

2 L A T. Locus est ex adiacentibus
personæ, & causis seruitutis.

T A L. Horat. lib. i. epist. i. regem
principatu rationis & virtutis vsu
definit.

3 S Y L. Cohibet & refrænet, ne
quid per iracundiam turpiter faciat.

4 I N C. Locus est ab officio sapien-
tis, verèque imperantis.

B E T. Sicut in senectute libidinem
veneream, agrestem dominum ap-
pellauit.



*Audetur verò hic im-
perator, aut etiam ap-
pelletur, aut hoc nomi-
ne dignus putetur.*

*Quomodo? aut cui tā-
dem hic libero imperabit, qui non potest
cupiditatibus suis imperare?* ² Refrænet

*prius libidines, spernat voluptates, ira-
cundiam ³ teneat, coercent avaritiam, ce-*

*teras animi labes repellat: tum incipiat
aliis imperare,* ⁴ cùm ipse improbissimis

*dominis, dedecori ac turpitudini parere
desierit. dū quidem his obediet, non mo-*

c ij

M. T. CICERONIS

dō imperator, sed liber habendus omni-
no non erit. Praeclare enim est hoc usur-
patum⁵ à doctissimis, quorum authori-
tate non vterer, si mihi apud aliquos a-

grestes hæc habenda esset oratio. cùm ve-
rò apud prudentissimos loquar, quibus
hæc inaudita non sunt: cur ego similem
me, siquid in his studiis opera posuerim,
perdidisse?⁶ Dicatum est igitur ab erudi-

⁵ SYL. Stoicis.

tissimis viris, Nisi sapientem, liberum

esse neminem.⁷ Quid est enim libertas?⁷ T A L. Secundum argumentū su-

mit à definitione libertatis.

Potestas vivendi ut velis. Quis igitur

vivit ut vult? nisi profectò qui recta se-

quitur, qui gaudet⁸ officio, cui vivendi

⁸ SYL. Id est, honesto, eo scilicet
quod efficere debeat.

via considerata atque prouisa est, qui le-

gibus quidem non propter metum pareat,

sed eas sequitur atque colit, quia id salu-

tare maximè esse iudicat: qui nihil di-

cit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi

libenter ac⁹ liberè: cuius omnia consilia,

rēsque omnes quas gerit,¹⁰ ab ipso profi-

ciscuntur, codémque referuntur: nec est

villares quæ plus apud eū polleat,¹¹ quam

ipsius voluntas atque iudicium: cui qui-

dem etiam (quæ vim habere maximam

dicitur)¹² fortuna ipsa cedit: sicut sa-

piens poëta dixit,¹³ Suis quisque fin-

gitur moribus. Soli igitur hoc contingit

sapienti, ut nihil faciat innitus, nihil do-

⁹ SYL. Nulla cupiditate suadente
aut cogente.

¹⁰ SYL. Ab ipsis animo, non à cu-

pitudinibus.

¹¹ INC. Voluntatē usurpauit more

Stoico, non ut vulgo.

¹² SYL. Nihil enim bonum, nisi
virtutem sapiens existimat.

¹³ T A L. Proverbiū est, Sui cuique
mores fingunt fortunā, id est, bona
bonis, & mala malis euenire solēt.

14 SYL. Concludendum.

lens, nihil coactus. Quod etsi ita esse pluribus verbis differendum est, illud tamen breui¹⁴ conficiendū est, nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. Igitur omnes improbi, serui: nec hoc tam re est, quād dictū inopinatum atque mirabile.¹⁵ Non enim ita dicunt eos esse seruos,

15 BET. Scilicet Stoici.

16 BET. Mancipia dicta, quōd manuab hostibus capiantur.

17 SYL. Nexus erat quādam solēnitatis, quae in rerum abalienatione fieri solebat.

18 T A L. Secunda definitio seruitutis huic disputationi conuenit.

syl. De seruitute animi, non corporis intelligit.

19 SYL. Viles, nec villo honore dignos.

20 INC. Argumentum vehemens in Antonium à repugnantibus.

21 SYL. Libidinosos homines & mulieros negat esse liberos, q̄ cu

16 ut mancipia, quae sunt dominorū¹⁷ fa-cta nexus, aut aliquo iure ciuili: ¹⁸ sed si

seruitus sit, sicut est, obedientia fracti ani-

mī & abiecti, & arbitrio carentis suo,

quis neget omnes¹⁹ leues, omnes cupidos,omnes deniq; improbos esse seruos?²⁰ Anille mihi liber videatur,²¹ cui mulier im-

perat? cui leges imponit, præscribit, iu-

bet, vetat quod videtur? qui nihil impe-

ranti negare potest, nihil audet? poscit,

dandum est: vocat, veniendum: eiicit,

abeundum: minatur, extimescendum.

Ego verò istum nō modò seruum, sed ne-

quiſimū seruum, etiam si in amplissima

familia natus sit, appellādū puto.²² Atq;

22 INC. Argumentum à simili.

23 SYL. Alias, seruorum.

24 LAT. Alias, ac tu pari stultitia:

quos.

25 SYL. Id est, vasa, aliisque opera

argentea calata.

26 INC. Antypophoram soluit, si-

militudine à seruitute ciuili ducta.

TA L. Dialogismus sequitur ad ele-

uandam & extenuandam arrogan-

ut in magna familia²³ stultorū sunt alij

lautiores, ut sibi videtur, serui, sed tamē

serui, atrienses²⁴ ac tu: pari stultitia seruisunt, quos signa, quos tabule, quos²⁵ cœla-

tum argentū, quos Corinthia opera, quos

edificia magnifica nimiope delectant.

At sumus, inquit, principes ciuitatis.

M. T. CICERONIS

Vos verò ne cōseruorum quidem vestrorum principes estis. Sed ut in familia,
²⁷ qui tractant ista, qui tergunt,²⁸ qui un-
gunt, qui verrunt, qui spargunt, non ho-
nestissimum locum seruitutis tenent: sic
in ciuitate qui se istarum rerum cupiditi-
bus dediderūt, ipsius ciuitatis locum
penè infimum tenent. Magna, inquis,
bella gesi: magnis imperiis & prouinciis præfui. Gere igitur animum laude
dignum.²⁹ Echionis tabula te stupidum
detinet,³⁰ aut signum aliquod Polycleti.
Omitto unde³¹ sustuleris, & quomodo
habeas. intuentem te, admirantem, cla-
mores tollētem cùm video, seruum te ef-
se³² ineptiarum omnium iudico.³³ Nón-
ne igitur sunt illa festina? Sunt.³⁴ nā nos
quoq; oculos eruditos habemus. Sed ob-
secro te, ita venusta habeantur ista,³⁵ nō
ut vincula vitorum sint, sed ut³⁶ oble-
ctamenta puerorum. Quid enim censes,
si³⁷ L. Mummius aliquem istorum vi-
deret³⁸ matellionem Corinthium cupi-
disimè tractantem, cùm ipse³⁹ totā Co-
rinthum contempſisset? verum illum ci-
uem excellentem, an atriensem seruum
diligentem putaret? Reuiuiscat M. Cu-
rius, aut eorum quis, quorum in villa
ac domo nihil splēdidum, nihil ornatum

²⁷ SYL. Hi serui mediastini sunt.

²⁸ SYL. Ut magis nitent, &c ne ru-
bigo aut ærugo incōmodū afferat.

²⁹ SYL. Aliás, Acteonis.

³⁰ IN C. Echiō inter præclaros picto-
res à Plinio numeratur.

³¹ SYL. Polycletus Sicyonius, A-
geladis discipulus, nobilis fuit sta-
tuarius, in faciendis signis ære De-
liaco vsus.

³² SYL. In iustè acceperis.

³³ SYL. Id est, rerum ineptarum, vt
tabularum, &c.

³⁴ T A L. Tertius dialogismus eludit
pulchritudinem eiusmodi operum
quæ à pictoribus & statuariis effi-
ciuntur.

³⁵ IN C. Obiectionem ita diluit, vt
harum rerum tollat cupiditatem.

³⁶ SYL. Id est, viros non faciant ser-
uos.

³⁷ E T. Satyricus puppas vocat.

³⁸ T A L. Mummius extincta Achaea
repleuit urbem, ipse exelxit nō re-
liciturus filiæ dotem.

³⁹ E R A S. & SYL. Arbitror dici si-
gnum, repræsentans seruum porri-
gentem matulam.

⁴⁰ SYL. Totam Corinthi prædā.

fuit præter ipsos: & videat aliquæ sum-

⁴⁰ SYL. Mullus, piscis est mari-
nus, litoralis & gregalis, barba ge-
mina insignitus in labro inferiori.

L A T. Piscis genus haud absimile ei-

quem barbum vocant.

T A L. De mullorum deliciis vide

lib. I. Cic. ad Atticum.

⁴¹ T A L. Murænæ accersebantur ad
Romanas piscinas ex freto Siculo,
ait Macrob. lib. 3. cap. 8.

⁴² S Y L. Quam vt pisces ptractet.

⁴³ T A L. Argumentum de auarorū

seruitute ex eorum factis, quod spē

lucri miseri seruant.

⁴⁴ S Y L. Peculiū, quasi pusilla pe-
cunia, sive patrimonium pusillum.

missis populi beneficiis usum, ⁴⁰ barbatulos
mullulos exceptantem de piscina, & per-
tractantem, ⁴¹ & murænarum copia glo-

riantem: nonne hunc hominem ita seruū

iudicet, ut ne in familia quidē dignum

⁴² maiore aliquo negotio putet? ⁴³ An eo-

rum seruitus dubia est, qui ⁴⁴ cupiditate

peculiū nullam conditionem recusant du-

riſimæ seruitutis? Hæreditatis spes quid

iniquitatis in seruendo non suscipit? quē

⁴⁵ S Y L. Ut maiorem habeat hære-
ditatem.

⁴⁶ B E T. Sicut ad gloriam loqui,

loquitur ⁴⁶ ad voluntatem: quicquid de-

nunciatum sit, facit: assentatur, absider,

miratur. Quid horū est liberi? quid de-

⁴⁷ S Y L. Ambitiosos seruos esse
probat, quod cupiditati seruant.

⁴⁸ S Y L. Magistratus enim, quod
alii imperant, videntur liberiores.

nique non serui inertis? ⁴⁷ Quid iam illa

cupiditas, ⁴⁸ quæ videtur esse liberior, ho-

noris, imperij, prouinciarum? quam du-

ra est domina, quam imperiosa, quam ve-

hemens? Cethego homini non probatis-

⁴⁹ S Y L. Id est, prouinciae & glo-
riæ cupiditas.

simō seruire ⁴⁹ res coëgit eos qui sibi esse

amplissimi videbantur, mittere mune-

ra, noctu venire domum ad eum, preca-

⁵⁰ S Y L. Argumētum à contrario.

ri, deniq; supplicare. ⁵⁰ Quæ seruitus est,

si hæc libertas existimari potest? Quid,

cum cupiditatū dominatus excessit, &

alius est dominus exortus, ex ⁵¹ conscienc-

tia peccatorum, timor? quam est illa mi-

sera, quam dura seruitus? ⁵² Adolescen-

ti, laeti ex conscientia.

⁵² T A L. Prima adolescentibus ad

gloriam commendatio ex causis fo-

rensis erat, ait Cic. 2. Offic.

L A T. Adolescentes dicit, qui ma-

los ciues accusabant.

M. T. CICERONIS

tibus⁵³ paulò loquacioribus est seruientum: omnes qui aliquid scire videntur, tanquam domini timentur. iudex verò quācum habet dominatum? quo timore nocentes afficit? an non est omnis metus seruitus? Quid valet igitur illa eloquentissimi viri L. Crassi copiosa magis, q̄ sapiens oratio, ⁵⁴ ERIPITE NOS EX SERVITVTE? Quæ est ista seruitus tā claro homini, tāmq; nobili? Omnis enim animi debilitata & humili & fracta timiditas, seruitus est. NOLITE SINERE NOS CVIQVAM SERVIRE. In libertate vñdicari vult? Minime. Quid enim adiungit? NISI VOBIS VNIVERSIS, QVIBVS ET POSSVMVS, ET DEBEMVS. Dominū mutare, non liber esse vult. Nos verò, si quidem animo excenso & alto, & virtutibus exaggerato sumus, nec debemus, nec possumus. Tu posse te dicio, quandoquidē potes. debe re ne dixeris: quoniam nihil quisquā debet, nisi quod est turpe non reddere. Sed hæc hactenus. Ille videat⁵⁵ quomodo Imperator esse possit: cùm⁵⁶ eum ne liberum quidem esse, ratio & veritas ipsa convincat.

⁵³ SYL. Qui consilia fidei suæ credita celare non possunt.

⁵⁴ SYL. E seruitute eripi.

⁵⁵ B.Z.T. Imperatorem quidem hæc nominat Antonium.

⁵⁶ L.A.T. Redit ad Antonium, & abruptè concludit.

Οὐ πλόνος ὁ συφὸς πλάγιος. Quòd
solus sapiens dunes sit.

PARAD. VI.

1 S Y L. Solent qui diuites sunt &
gloriosi, diuitias suas ostentare.



2 S Y L. A præceptoribus, & præci-
les, egóne me² audisse aliquid, & didicis-
pue Stoicis.
3 I N C. Hæc repetit cū stomacho. se non gaudeam?³ solus ne tu dunes? Quid
si ne diues quidem? quid si pauper etiam?

4 T A L. Primum argumentum su-
mitur à definitione diuitis.
5 E T. Iam vrget definitionem, sed hoc verbū in quo homine ponimus? Opi-
nor in eo, cui tanta possessio est, ut ad li-

beraliter viuendum facile contentus sit:
qui nihil querat, nihil appetat, nihil op-
pet amplius. Animus enim tuus oportet
se iudicet diuitem, non hominum sermo,
neque possessiones tuæ. qui si tibi nihil
deesse putas, nihil curas amplius, satiates
es, aut contentus etiam pecunia: conce-

6 T A L. Assumptio amplificatur ex
vita & factis Crassi.

6 S Y L. Senatorio ex quo tu es.
7 T A L. & S Y L. Crassus multis hæ-
reditatis causa blandiebatur: sepe
testamenta supponebat, id eit, sup-
positis personis falsa testamēta ob-
signabat.

8 I N C. Probrosa epanorthosis.
VÆ est ista in com-
memoranda pecunia
tua tam insolens osté-
tatio? solus ne tu di-
ues? Pro dij immorta-
les, egóne me² audisse aliquid, & didicis-
pue Stoicis.
se non gaudeam?³ solus ne tu dunes? Quid
si ne diues quidem? quid si pauper etiam?

Quem enim intelligimus diuitem? aut
hoc verbū in quo homine ponimus? Opi-
nor in eo, cui tanta possessio est, ut ad li-
beraliter viuendum facile contentus sit:
qui nihil querat, nihil appetat, nihil op-
pet amplius. Animus enim tuus oportet
se iudicet diuitem, non hominum sermo,
neque possessiones tuæ. qui si tibi nihil
deesse putas, nihil curas amplius, satiates
es, aut contentus etiam pecunia: conce-

do, diues es.⁵ Si autem propter audiata-
tem pecuniae nullum quæstum turpem pu-
tas, cùm⁶ isti ordini ne honestus quidem
esse posset ullus: si quotidie fraudas, de-
cipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis: si so-
cios spolias, ærarium expilas:⁷ si testamen-
ta amicorum expectas⁸ aut ne expectas
d

M. T. CICERONIS

quidem, atque ipse supponis: hæc utrum abundantis, an egenis signa sunt? Animus hominis diues, non arca, appellari solet. quanuis illa sit plena, dum te inanem videbo, diuitem non putabo.⁹ Etenim ⁹ T A L. Argumentum à definitio- ne diuitis.

ex eo, quantum cuique¹⁰ sat est, metiuntur homines diuinarum modum.¹¹ Filiā ¹⁰ S Y L. Ad tuendam rem familiae. ¹¹ T I N C. Argumentatur ab exemplo ficto.

quis habet? pecunia est opus. duas? maiores? plures? maiore. & si (¹² ut aiuit)¹³ Da- ¹² S Y L. Ut in fabulis est. ¹³ T A L. Danaus, rex AEgyptiorū.

nai quinquaginta sint filiae, tot dotes magnum querunt pecuniam. quantum enim cuique satis est, ad id accommodatur, ut antè dixi, diuinarum modus.¹⁴ Qui igi- ¹⁴ T A L. Assumptio & complexio vna & eadem sententia comprehēduntur.

tur non filias plures, sed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tempore maximas copias exhaustire possint: huc quomo- do ego appellabo diuitem, cum ipse egere se sentiat?¹⁵ Multi ex te audierunt, ¹⁵ T A L. Cicero nititur conuince- re Crassum Crassi ipsius testimoniō & autoritate.

cum dices neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus: quod populus Romanus ex tanti vectigalibus iampridem vix potest. Ergo hoc proposito nunquam eris diues antequam ubi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones, & magna equitum ac peditum auxilia possis. Iam fateris igitur non esse te diuitem, cui tan- tum desit ut expleas id quod exoptas.¹⁶ Itaque istam paupertatem,¹⁷ vel potius ¹⁶ T A L. Prosequitur institutam quæstionem à repugnantibus. ¹⁷ S Y L. Correctio est.

egestatem, ac mendicitatem tuam nun-

¹⁸ L A T. Declarat rem admixta si- quam obscure tulisti.¹⁸ Nā vt iis qui ho-

militudine.

¹⁹ S Y L. Mercaturis faciēdis, intel-

ligimus opus esse quæsito.

²⁰ I N C. Publicum appellavit Cic.

publica vestigalia.

nestè rem quærant¹⁹ mercaturis faciēdis,

operis dandis,²⁰ publicis sumendis, intel-

ligimus opus esse quæsito: sic qui vides

domituae pariter accusatorum atque iu-

dicum consociatos greges, qui nocentes

& pecuniosos reos eodem te authore²¹ cor-

ruptelam iudicij molientes, qui tuas mer-

²² S Y L. Id vistatè dixit.

cedum pactiones in patrocinis²² interci-

licet.

*concionibus pecuniarum in*coitionibus candida-

²³ L A T. In diuersum missiones.

²⁴ S Y L. Fœnerari prouincia, no-

ue dictum est.

torum,²³ dimissiones libertorum²⁴ ad fœ-

nerandas diripiendasque prouincias, qui

expulsiones vicinorum, qui latrocinia in

agris, qui cum seruis, cum libertis, cum

clientibus societas, qui possessiones va-

cuas, qui proscriptiones locupletum, qui

²⁵ T A L. L. Sylla multos locuple-

tes proscriptis, vt à suis, ex quibus

erat unus Craesus, interficerentur,

& eorum bona publicarentur.

²⁶ S Y L. Metaphora ad augendam

inuidiam.

²⁷ S Y L. Militum scilicet.

²⁸ S Y L. Senatus.

cædes municipiorum,²⁵ qui illam Syllani

temporis²⁶ messem recordetur, qui testa-

mēta subiecta, qui sublatos tot homines,

qui denique omnia venalia,²⁷ delectum,

²⁸ decretū, alienam suam sententiam, fo-

²⁹ B E T. Oratores siquidem pluris

tacent, quām dicunt,

rum, domum,²⁹ vocem, silentium: quis

hunc nō putet confiteri, sibi quæsito opus

esse?³⁰ Cui autem quæsito opus sit? quis

vnquam hunc verè dixerit diuitem? Est

enim diuinarum fractus in copia: copiā

autem declarat satietas rerum atq; abu-

dantia: quam tu quoniam nunquam af-

dij

M. T. CICERONIS

sequere, nunquam omnino es futurus di-

ues.³¹ Meam autem quoniam pecuniam ³¹ T A L. Occupat ostentationē ho-
minis auari.

contemnis, & rectē (est enim ad vulgi
opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad
meam modica) de me filebo, de te loquar.

Si censenda nobis atque aestimanda res
sit, utrum tandem pluris aestimabimus

pecuniam Pyrrhi,³² quam Fabritio da-
bat: an continentiam Fabritij, qui illam

pecuniam repudiabat? Utrum aurum
Samnitum, an responsum M. Curij:³³ hæ-
reditatem³³ L. Pauli, an³⁴ liberalitatem

Aphricani, qui eius hæreditatis Qu,³³ T A L. Plutarchus scribit hæredi-
tate L. Pauli non magnam fuisse.
³⁴ S Y L. Alias, libertatem.

Maximo fratri partem suam concessit?

³⁵ Hæc profectò quæ sunt³⁶ summarum
virtutum, pluris aestimanda sunt, quām

illa quæ sunt pecuniae. Quis igitur, si
quidem ut quisque quod plurimi sit

possideat, ita ditiissimus habēdus sit, du-
bitet, quin in virtute diuitiæ posita sint,

quoniam nulla possessio, nulla vis auri
& argenti pluris, quām virtus aestiman-
da est?³⁷ O dij immortales, non intelli-

gunt homines, quām magnum vectigal
sit parsimonia.³⁸ Venio enim ad sum-

ptuosos, relinquo³⁹ istū questuosum.⁴⁰ Ca-

pit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia,
ego centena ex meis: illi auratae tecta in

villis, & sola marmorea facient, & si-

³² T A L. Fabritius legatus ad Pyr-
rhum missus pro captiuis redimen-
dis, oblatam à rege pecuniam re-
spuit: &c.

auditione *

³³ T A L. Plutarchus scribit hæredi-
tate L. Pauli non magnam fuisse.

³⁴ S Y L. Alias, libertatem.

³⁵ T A L. Argumentum de veris di-
uitiis.

L A T. Epiphonema, ex quo con-
cludit.

³⁶ S Y L. Ut abstinentia & liberali-
tatis.

³⁷ T A L. Exclamatio sententiosa,
quod diuitiae nō sint in abundātia
rerum, sed in parsimonia & fruga-
litate vite.

B E T. Epiphonema per exclama-
tionem.

³⁸ T A L. Hactenus disputatum est
contra auaros & quæstuosos ho-
mines.

³⁹ S Y L. M. Crassum.

⁴⁰ B E T. Redit ad syncrisin.
S Y L. Id est, sumptuosus aliquis.

41 S Y L. Sententia est.

gna, tabulas, supellecilem, & vester infinitè concupiscenti, ⁴¹ non modò ad sumptum ille fructus est, sed etiam ad fœ

42 S Y L. Nam etiam priuata vesti- nus, exignus. ⁴² Ex meo tenui vectigali galia sunt.

43 L A T. Conclusio per cōtentio- nem.

detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. ⁴³ Vt erigitur est di- tior, cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? cuius possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam: an quæ suis se viribus sustinet? Sed quid e- go de me loquor, qui morum ac temporum virtio aliquantum etiam ipse fortasse in

44 T A L. M. Manilius ædicas ha- buit in Carinis.

buius seculi errore verteret? ⁴⁴ M. Mani- lius patrum nostrorum memoria (ne sem-

45 S Y L. Alias Lucinos, & aliæ Li- per Curios & ⁴⁵ Luscinios loquamur) cinios.

pauper tandem fuit: habuit enim ædiku-

46 S Y L. Carinæ, vicus erat yrbis ⁴⁶ in Carinis, & fundum ⁴⁷ in Labi- Rome.

47 I N C. Qui fuit ager iuxta Tu- cano. Nos igitur ditiones, qui plura ha- sculum.

48 T A L. Diuitiae non sunt in aesti- ⁴⁸ Sed matione cœsus, sed in moderata ra- non aestimatione cœsus, verum victu at-

que cultu terminatus pecuniae modus.

49 S Y L. Eorum que ad cultum, vi- Non esse cupidum, pecunia est: ⁴⁹ non es- citum & sumptum pertinent.

50 I N C. Mala emptio semper expro- se emacem, vectigal est. Contentum ve- brat stultitiam.

51 S Y L. Antiqui parata appellaue- retū æstimatores, ⁵¹ prata & ⁵² areas qua- runt.

52 S Y L. Area, locus vacuus, sine æ- dam magni æstimat, quod ei generi pos- dificio, quasi exaruerit, & non pos- sit quicquam regenerare.

feßionū minimè quasi noceri potest. quā- ti est æstimāda virtus, quæ nec eripi, nec


XXXIX


surripit potest unquam, neque naufragio,
neque incendio amittitur, nec tempestati-
um, nec temporum permutatione muta-
tur: qua qui prædicti sunt, soli sunt diui-
ties, soli enim possident res & fructuosas
& sempiternas: solique (quod est pro-
prium diuinarum) contenti sunt rebus
suis. Satis esse putant quod est, nihil ap-
petunt, nulla re egēt, nihil sibi deesse sen-
tiunt, nil requirunt. Improbi autem &
auari, quoniam⁵³ incertas atque in casu
positas possessiones habent, & plus sem-
per appetunt, nec eorum quisquam adhuc
inuentus est, cui quod haberet, esset satis:
non modo nō copiosi ac diuites, sed etiam
inopes ac pauperes existimandi sunt.

⁵³ IN C. Locus est à collatione per contentionem.

F I N I S.







wy zby
len
f
- fohm
sq mo
VBe
Lewent
now sh
had
vidre
shn.
Adwo
it dres
n. Ad
condre
sym
verv
one paff
r dres
habell
ponu
nbs
m
y
z
not
rem
pro





